

1558 12 13 Martii

Ex Ms. Bibl. Ign. Krasie: Epi Var:

57

138

Ad Casarem Domini Cancel:

larij nomine

Serenissima et Excellentissima Mta Casarea

Magnificus Dominus Joannes Ciciński can:
cellarius Regni Poloniae & indicat Mti V.S. et
Sac: significasse sibi nuper Srman D. Isabella
Reginam Hungariae, quod ipsa cupiat pacem
redintegrare, cum S. Mte V. sed veretur, ne ad
Imperatorem Turcarum perferatur ad se cu:
pere, quod si S. Rex Poloniae frater suus, par:
tes suas vellet interponere, ita, ut ex ipsius Mte
initium componendi disidij oriretur, fore id
sibi pergratum, et quoniam R. Mtas ejus
nollet se amplius immiscere huic negotio, po:
stulare a se eandem S. Reginam, ut ipse per:
suaderet Mti ejus, quo pacificationem hanc
susceperet. Noluisse autem se pro studio, et ob:
servantia sua summa, erga Mtem V.S. quip:
piam ea de re cum Regia Mte ejus agere, pri:
usquam id Mti V.S. indicaret, ejusq; mentem
et Sententiam cognosceret, esset ne et ipsa
prona ad pacificationem. Petit igitur D. ejus
primum, id Mti V.S. consilium et factum
hoc suum, a sincero ac devoto, eidem S. Mti
V. animo profectum clementer, boni consulat
deinde, ut sibi certam det voluntatis suae,
quo ad pacificationem illam attinet, signifi:
cationem. Quam ubi D. ejus cognoverit, ad ea
se accomodare diligenter studebit.

